Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cuncta prospera sint ergo fratres
tuos et pecora: et renuntia
michi quid agant. Misit
de valle ebron: venit in sichem
Inveneratque eum vir erran
tem in agro: et interrogavit
eum qd quereret. At ille ri
dit. Fratres meos quero: in
dica michi ubi pascunt gre
ges. Dixitque ei vir. Recesserunt
a loco isto: audivi autem eos
dicentes. Eamus in dothaim
Perrexit ergo ioseph post fra
tres suos: et invenit eos in dothai
im. Cum ergo vidissent eum pro
cul: antequam accederet ad eos
cogitaverunt illum occidere: et
mutuo loquebant. Ecce somni
tor venit. Venite occida
mus eum et mittamus in cyster
nam veterem. dicemusque fera
pessima devoravit eum: et tunc
apparebit qd prosint illi somni
a sua. Audiens autem hoc
ruben: nitebat liberare eum
de manibus eorum et dicebat.
Non interficiamus animam
eius nec effundamus san
guinem: sed proiicite eum in cyster
nam hanc que est in solitu
dine. manusque vestras serva
re innocuas. Hoc autem dice
bat volens eum eripere de ma
nibus eorum et reddere eum pri
stino. ℟. Ad dominum cum tribu
larer clamavi et exaudivit me. ℣.
Domine libera animam meam a labiis in
quis et a lingua dolosa. Matthiu
In illo tpe. D. i. d. s. Turbis
videor parabolam hanc. Homo
quidam erat pater familias qui
plantavit vineam: et sepem
circumdedit ei. et fodit in ea torcu
lar. et edificavit turrim.
et locavit eam agricolis. et pe
grevit. Cum autem tempus
fructuum appropinquasset:
misit servos suos ad agricol
as. ut acciperent fructus eius.
Et agricole apprehensis servis
eius: alium ceciderunt alium
occiderunt. alium vero lapida
verunt. Iterum misit alios
servos plures prioribus: et
fecerunt illis similiter. Novissime
autem misit ad eos filium suum
dicens. Verebuntur filium meum.
Agricole autem videntes filium:
dixerunt intra se. Hic est he
res: venite occidamus eum.
et habebimus hereditatem eius.
Et apprehensum eum eiecerunt ex
tra vineam: et occiderunt. Cum
ergo venerit dominus vinee. qd
faciet agricolis illis. Aiunt
illi. Malos male perdet: et vi
neam suam locabit alijs agricol
is qui reddent ei fructum tem
poribus suis. Dicit eis ihs.
Numquam legistis in scripturis.